

Visual Library Portal

Digitalisierung von Drucken des 17. Jahrhunderts

Thermarum Aquisgranensium, Et Porcetanarum Elucidatio, & Thaumaturgia. Sive Admirabilis earumdem Natura, & admirabiliores Sanationes

Quas producunt in usibus Balneationis Potationis

Blondel, François

[S.l.], 1688

VD17 23:239697E

PRÆFATIO

urn:nbn:de:s2w-3037

PRÆFATIO.

AQuæ thermales ab omni ævo, maximam admirationem habuerunt, nullibi admirabilius Natura luit, & quia deploratos affectus, & morbos, quos aliorum remedium genera nulla poterant, sanabant; Antiqui Ethnici illas Diis, Deabusque Immortalibus suis, consecrarunt: ut Calderianas *Iunoni*; Clusinas *Æsculapio*; *Hyegia* Albulas; *Mamma* Bourbonicas; *Apollini*, has *Granas*; *Iovi*que alias &c. A Divis quoque, & magnis viris Christiani quasdam nominarunt: ut in Ungariæ Regno, S. Vladislaj, in Italiâ S. Mariæ, S. Helenæ, S. Cassiani, in Gallia Aquas Sextias, à Caio Sextio; Nerias à Nerone; in Germaniâ, *Granas*, à Granio; in Bohemta Carolinas, à Carolo Cæsare, &c. In illis quid *Sacri*, quid *Miraculosi* Aristoteles & Plinius censuerunt; Martialis Poëta *Blanda dona Nature*; Gentiles alii *Auxiliatrices Deorum manus*: Medici ut Langius, *sacra Dei Dona*; Andernacus, Sarnarola, *Sanctuaria* appellarunt, &c. Doctiss. Solenander eas omnibus aliis mineralibus aquis præfert. Itaque benedicant fontes, Benedicant aquæ, Benedicat Aquisgranum Domino, laudet & superexalter eum in sæcula, dum offert & profert, ex gazophylachiis suis thermolicis benedictas, perennes, multiplices, & incomparabiles thermales aquas, nulla prorsus arte, nullaque industria humana assequendas. Itaque de hisce nostris, sincerè agemus.

Admonitio ad Benevolos Lectores.

PLacuit multis, hujus Libelli editio prima Aquisgranensis, & quia aliquali præcipitantiâ, & festinatione typis data fuerat, dum hanc accuratiorem præpararem prælo, complacuit Typographo D. Vander Aa, Ludgd. Bat: me infcio & quidem privilegiato, talem qualem & incorrectam recudere; Nihilominus invitante, & juvante Amplissimo Magistratu nostro, tertiam hanc editionem